

¶ **Palmifer**, pen. cor. Aliud adiectiuum (πρωμυρφόρος) ut, Idume palmifera. Silius lib. 3. 122.  
 Arabes palmiferi. Ouid. 10. Metam. 95.  
 Pharos palmifera. Ouid. 2. Amor. eleg. 13. 2.  
 ¶ **Palmipes**, pen. corr. palmipedis, om. g. (πυλαπόδας) Planos & ad palmæ similitudinem habens pedes. Vnde anseres & omnes ferè aquaticæ aues, palmipedes dicuntur. Plinius libro 11. cap. 47. 1. Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes. Vide etiam in **Palmas**.  
**Palmipedes**, Aliter. Plin. lib. 17. cap. 20. 2. Populus alba feritur bipedaneo pastinatu, talia sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.  
**Palma**] Ptolemæo lib. 2. cap. 6. oppidum est in Hispania. Est item Palma, ciuitas in maiori Baleari.  
**Palmaria**] πάλμυρα, Insula ultra tyberina ostia in mari Tyrrheno. Varro libro 3. de re Rustic. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis, Pontia, Palmaria, & Pandatharia.  
**Palmes**] palmitis, pen. cor. mascul. gen. (πάλμυξ, ὄφρυς) Vitis propriè est, quod arboris surculus: nempe lignum illud quod ex ipsa stirpe quotannis emergit, & gemmas producit, quæ deinde in uirgulas abeunt, & palmæ cuiusdam digitos faciunt. Plinius libro 17. capite 22. 13. Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiamq; in proximum annum promittit, pampinarium uocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmitis, semperq; fructuarium relinquitur sub iugo. Et qui uocatur custos: hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si uitis luxuria se consumpserit.  
 Nemorosus palmitis Gaurus. Stat. 3. Sylu. 1. 30.  
 Grauidus palmes. Ouid. 1. Fast. 31.  
 Orbi palmitis. Col. lib. 6. Vide Orbus.  
 Opaco palmitis bacca. Claud. de nuptijs Honorij, 44.  
 Letus palmes se agit ad auras. Virg. 2. Georg. 73.  
 Citare palmitem. Vide Cito.  
 Musta ferre è palmitis. Ouid. 4. Fast. 180.  
 Gemma mouetur de palmitis. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 3.  
 Palmes & Pampinus, pro eodem. Columel. lib. 4. cap. 17. Item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quamuis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmitis, quo letior quæ superest materia, consurgat.  
 Palmes, pro flagello uitis. Columella libro 4. capite 21. Hæc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructum summitti.  
 ¶ **Palmo**, palmas (πάλμω) palmare, Materias alligare. Colum. lib. 11. cap. 2. 74. Ceterum palmare, id est materias alligare, hoc tempore non expedit. Loquitur de uite ad palmum alliganda.  
**Palmare**, in alia significatione accipit. Quintilia. in declamatione Cæci, pro Palma signum & notam imprimere, Præterea quum manus ex parte qua palmare uestigium potest, plietur in capulo. Et paulo post, Tuus autem qui palmatus est paries, uestigium eius partis ostendit.  
**Palmus**] palmi (πάλμω) mensuræ genus. Est autem duplex, inquit Budæus, Maior, duodecim digitorum, Græcè πάλμω uocatur: & Latinis etiam dodrans, cuius exemplum apud Plinium lib. 7. Minor, digitorum quatuor, πάλμω, Græcè dicitur. Vide Philandrum.  
**Palmum** neutro genere etiam dicitur. Vitruu. lib. 2. cap. 3. Doron aut Græci appellant palmum, quod munerum datio Græcè δῶρον appelletur. id aut spargitur per manus palmum.  
 ¶ **Palmarius**, Adiect. (πάλμω) Quod est palmi unius

Thefauri pars 3.

uel multorum. Col. lib. 8. cap. 3. 7. Per spacia palmaria modicis forantur cauis.  
 ¶ **Palmaris** & hoc palmare, pen. prod. Idem (πάλμω) Varro 1. de Re rust. cap. 35. 1. Rosa etiam conciditur radicibus in uirgulas palmares. Vide supra in **Palma**.  
 ¶ **Palmicus**, ca. cum, Palmicum augurium, quod ex uibrata salitione oculi fiebat. Alexan. Alexandrinus lib. 5. cap. 13. In Cappadocia ex myrrhinis uirgis, in Scythia ex saliginis humi cõstratis, alij ex uibrata salitione oculi, quod augurium palmicum: in Lycia ex piscibus, &c.  
 ¶ **Palmipedalis**, & hoc palmipedale, pen. prod. (πάλμω) Mensura unius pedis & palmi. Colum. lib. 3. cap. 19. 1. Nam in cliuosis ubi terra decurrit, potest malleolus palmipedalis deponi.  
 ¶ **Palmipes**, pen. cor. huius palmipedis, pen. corr. om. g. Idem. Plin. lib. 17. cap. 20. Populus albe feritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine. Vide etiam in **Palma**.  
 ¶ **Palmiprimum** uinum quid sit, & quomodo ex fico fiat, docet. Plin. lib. 14. cap. 16.  
**Palmos**] πάλμω, Particulæ alicuius in corpore palpitatio contra naturam per uicem, modò eam attollens, modò depressens, fitq; quandoq; in sola cute, quandoq; & subiectis ei musculis: quæ si magna fuerit, membrum quoq; uniuersum secum diutius saliendo trahit. Latinorum nonnulli Græcum nomen exprimentes, saltum uocant.  
**Palmyra**] pen. cor. (πάλμω) Syriæ urbs inter Romanorum diuisionem sita, & Parthorum, ut est author Ptolemæus lib. 5. cap. 15.  
 ¶ **Palmyrenæ** solitudines, usq; ad Petram urbem & regionem Arabiæ felicis appellatæ pertinent. sunt autem ad Hierapolim. Plin. lib. 5. cap. 25. & 26. in desertis Syriæ. idem Plin. lib. 6. cap. 26. & 28.  
**Palmyrenses**] Palmyrensiū, sibus: populi in Oriente. Alexan. Alexandrinus lib. 1. cap. 2. Sola mulier Zenobia Palmyrensiū regina, quum Orientis regnum tueretur, armata in uirili ueste exercitui præfuisse, & Imperatoris nomē tulisse dicitur.  
**Palmytius**] Aegyptiorum deus, ut est apud Hesychium. Liuius 1. Syntag.  
**Palo**, Palas: siue Palor, palaris] Vide Palus.  
**Palois**] Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 29.  
**Palpebræ**] penult. corr. palpebrarum (βλεφαρίδες) Pili recti genis oculorum utriusq; adherentes: in hoc homini à natura date, ut ipsos oculos ab occurstantibus & fortuito incidentibus rebus defendant. A palpitando, id est, tremendo: uel à palpando, id est, pretendendo dictæ. Plinius lib. 11. capite 37. 29.  
**Palpebræ** (βλεφαρά) sunt tegumenta oculorum, mollissimæ tactu, ne lederent aciem, aptissimè factæ, & ad claudendas pupulas, ne quid incideret, & ad aperiendas: idq; prouidit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. Cic. 2. de Nat. deor. 214.  
 Munitæ sunt palpebræ tanquam uallo pilorum, quibus & a pertis oculis siquid incideret repelleretur, & somno conuiuentibus quum oculis ad cernendū non egeremus, ut qui tanquam inuoluti quiescerent. Cic. 2. de Nat. deor. 214.  
 Refectis palpebris M. Regulum illigatum in machina, uigilando ne cauerunt Carthaginenses. Cic. in Pisonem. 33.  
 Brachia palpebræq; cadunt. Lucret. lib. 4. 193.  
**Palpito**] Vide Palpo.  
**Palpo**, palpas, palpate (ψαλλάω, ἀμφαράω, ψαλλάω, ἐπιπύω, μελλάω) & Palpor, palparis, palpari, Depo-

b 3 nens;